alio quovis evadendo. Ita iuxta Contis personali Recognitione ad-
-missa omnia mediante.

Stoinski atque Drohoiowskie Coniuges Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentis Castrens
Capitanealibus Premisliensibus Generosi Marcus Stoinski Tri-
bunus Lubacsoviens Vicecapitaneus Grabovecens ab una et
Joannes a Drohoiow Drohoiowski atque Zuzanna de
Jasthmanice Coniuges Legitimi partibus ab altera: Sani men-
tibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Juri-
bus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus re-
cedendo. praesentis vero Castrens Capitaneali Premisliens Ju-
risdictioni quo ad Actum Sunc attinet secum Successo-
ribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atque subijciendo palam libere, publi-
ce ac expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim
suo interesse recognovit. Quia ipsi et quidem supra
scriptus Generosus Marcus Stoinski Vicecapitaneus Grabovecens
suo et Generosae Annae Bazilikowna Consortis suae Legitimae:
praedicti vero Generosi Drohoiowskie Coniuges suo itidem, et Gene-
rosorum Martini et Joannis Miechowskich, olim Generosi Jo-
annis Miechowski cum olim Generosa Helisabetha de
Jasthmanice Conte eius Legitima procreati filiorum quorum ra-
tihabitione Cavent sibi mutuo ab invicemque ac praesentis in-
scribunt nominibus sibi mutuo et invicem Una pars al-
teri ac posteris Utriusque Partis se ac suos Successores
in et super bonis suis Generaliter omnibus Summisque
pecuniis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obli-
gant praesentis Interim sam Certam, inter se Agentes et Ci-
tos Generosos Annam Stoinska atque Miechowskie,
— aut Marcum sub vi Tutoris ... personali assistentia rone

Certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa contentar de Actu et data illius hic Praemissis die hodierna in Actu contentis confectam et conscriptam manibus sui Regentium praevijs abunque subscriptam In omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis, clausulis, articulis, Vadio Ligamentis ac nexibus generaliter Vnitis firmiter tenere complere, exequi ac inuiolabiliter obseruare, omnibusque et singulis eius Contentis tam in parte, quam in toto, toties, quoties opus fuerit satisfacere: Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam, ad praedictam Intercisam Viaesim in toto referendo: idque sub Vadio Viginti Millium florenorum polonicalium praesentibus Succumbendo cum Succonbus Vtriusque Partis ob non complonem Contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties, quoties opus fuerit ad soluendum Succumbendo. Nihilominus ijdem Suprascripti Recognoscentes se, ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniis quibusuis habitis et habendis sibi mutuo et inuicem inscribunt et obligant praesentibus et quidem praefatus Generosus Marcus Stoinski Vicecapitaneus Grabouecensis, suprascriptam Generosam Annam Bazilikowna Consortem suam Legitimam, cum personali sui Recognoscentis assistentia suprascripti Venerabilis Domini Drohoiowski Coniuges, praefatos Generosos Miechowskie, intra decursum duodecim septimanarum ad approbandum per ipsos Inscriptionem praesentem Roboratoriam vel similem, suo interesse faciendo vel in euentu mortis Successores illorum ad Acta quaeuis Autentica Regni vim perpetuitatis in se habentia adducere et personaliter statuere, ab eisque vel cum Succonbus

vt.

ut praemissa debite exequantur efficere idque sub alio simili et speciali Vadio aliorum Viginti Millium Florenorum polonicorum per partem partis cum Successoribus Utriusque Partis, ob non statuitionem contractarum personarum statuendarum vel in eventu mortis Successorum eorum praefatorum tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo, quibus quidem Vadio vel Vadijs, modo praemisso ad solvendum succubitt, ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisarum praefatarum, praemissisque non completis complendis, citata extunc [illegible] pars una, praemissa non tenens sive ejus posteri, ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis vel illius Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recipiendum, quo ad rem dum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, iuri parere vendere Vadium vel Vadia contracta Luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit, et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, pro maiori Minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel alijs quibusvis dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praeterea Ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones, Appellationes ac eas prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia pro nimis simplicibus vel triplicatis Quaestionibus, Suspensionibus

fatalijs

fatalis Iuris Dilatione Terrestri bello, Conventioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiens nec modo alio quovis evadendo. Atque sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Drohoiowska Stoinskiemu Condescendit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Zuzanna de Iaskmanice Generosi Ioannis à Drohoiow Drohoiowski Censoris Leopoliensis olim vero Generosi Raphaelis Iaskmanicki Soror germana, et Successrix legitima cum eiusdem Mariti sui, uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et Ultroneo ad infrascripta recognoscendum Consensu. Sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis privijs et competentibus recedendo, praesentis vero Castrensis Capitaneatus Premisliensis Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus, totaliter ac plenarie incorporans atq subjiciens palam, libere, publice ac expresse recognovit. Quia ipsa de omni et integro Iure suo infrascripto Videlicet de summa Decem Millium florenorum polonicalium eidem olim Generoso Raphaeli Iaskmanicki, suo Germano Fratri germano per Magnificum Andream de Dobrowica Firlei Castellanum Belzensem modo simplicis Debiti, coram Actis Castrensibus Capitanealibus Grabovecensibus super bonis suis hereditarijs ad Actuensibus assecurata in se vero legitimum Iure Divino et naturali Successione devoluta, nec non de eadem ipsa Inscriptione Debitorea Castrensi Grabovecensi, suo in tenore de promissis latioris: atq de processu ipso ratione non solutionis summae eiusdem Decem Millium florenorum polonicalium per Successores praefati Generosi Raphaelis Iaskmanicki suae contra praefati

Magni